



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Sacra-||mento Evcharistiae,|| contra Oecolampadium,  
opusculum:||**

**Clicthove, Josse**

**Coloniæ, 1527**

**VD16 C 4208**

Sanctionu[m] canonicar[um] & scriptor[um] ecclesiasticor[um] autoritate,  
etiam demonstrari: q[...]. in eucharistia uer[um] Christi corpus, reipsa  
continetur. XI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30220**

## DE SACRAMENTO

Gene. 14.  
Leuit. 24  
Num. 15

typo & figura præcesserunt. Hæc ille. Atqui si in ipsa eucharistia dūtaxat est corpus dñi cum tanq̄ in figura & signo, ut secundum substantiam nihil aliud ibi sit q̄ panis materialis & uinum naturale quemadmodum dicūt aduersarij: qm̄ in ipsius missæ celebratione offertur a sacerdote sacra eucharistia, necesse est fateantur ipsi nihil aliud ibidem offerri secundum rem ipsam: nisi panem secundum substantiam & uinum, quæadmodum ab ipso Melchisedech fuit oblatum, & sicut in sacrificijs ueteris legis offerebantur panes propositionis, & uinum libaminum. Nihil ergo differt quotidiana oblatio ecclesiæ in missa: ab hostijs ueteris legis, & ita nō sunt hostiæ uetusti ritus abolitæ in lege euangelicæ: sed semper hæcenus cōtinuatæ, & ad cōsummationem usq; sæculi continuandæ atque frequentandæ, contra sancti apostoli sententiam mō adductam. Ecce quomodo Oecolampadius cum suis complicibus abnegat nouæ legis gratiam & unicum sacrificium: nosq; detrudit ad ueteris instituti uictimas, illasq; reducit & resuscitat cum earum cærimonijs, neq; sinit fideles abiecta figuræ opacitate: in luce ueritatis ambulare.

¶ Sanctionum canonicarū & scriptorū ecclesiasticorū autoritate etiam demonstrari: q̄ in eucharistia uerum Christi corpus re ipsa cōtinetur.

Ca. XI.

**P**ost uaria sacrarū literarū, ex utraq; pagina ueteri & noua, desumpta testimonia: oportunū nunc est nos ad canonicarū sanctionū & probatissimarū diuinæ script. interpretū autoritates progrē

di, quibus eadem approbetur assertio, in sancta uel  
 delictet eucharistia uere Christi corpus & sanguinem  
 contineri: neque illic tamen esse ut in signo. Illarum autem sen-  
 tentiarum quae plurimae, coadunatae sunt a Gratiano,  
 copaginatores decretorum pontificalium, de consecra-  
 tione distincti. 2. Ut si ab illius distinctionis initio  
 progressu continuo ad finem usque, singula capita e-  
 uolueris: rara admodum inuenies, quam alicuius sacri  
 autoris testimonio, decreto uel pontificio, aut uni-  
 uersalis concilii autoritate, non suffulciant praedi-  
 ctam ueritatem, ac solide non astruant. ¶ In primis  
 itaque, Alexander papa. huius nominis primus: in praedi-  
 cta distinctione, ca. nihil. inquit: Nihil in sacrifici-  
 is maius esse potest, quam corpus & sanguis Christi, nec  
 ulla oblatio hac potior est, sed omnes haec praecellit.  
 Quae pura conscientia deo offerenda est: & pura men-  
 te sumenda, atque ab hominibus ueneranda. Et si-  
 cut potior est ceteris: ita potius excoli & uenerari  
 debet. Haec ibi. In quibus uerbis aperte contestatur  
 ipse sanctus pater, in sacrosancto missae myste-  
 rio cum secundum ecclesiae ritum offertur eucharis-  
 tia: corpus & sanguinem Christi offerri sub panis  
 & uini speciebus. & non nudam panis & uini sub-  
 stantiam materialem: quae sit figura tantum & re-  
 praesentatio sacrorum mysteriorum. Qui autem id fiat  
 nisi post peractam consecrationem, corpus & san-  
 guis domini, uere in eucharistia contineatur.

¶ Consonat eidem Eusebius Emisenus uerbis ap-  
 pertissimis: quae etiam adducuntur in codice De-  
 cretorum, de consecr. distinctione 2. cap. quia cor-  
 pus, in hanc formam. Vnde caelestis confirmat au-  
 toritas: quia caro mea uere est cibus, & sanguis me-  
 us uere est potus. Recedat ergo omne infidelitatis  
 ambiguum: quoniam quidem qui autor est mu-

Gratianus

Alexan. I.

2

Eusebius.  
 Emisenus  
 Ioan. 6

## DE SACRAMENTO

neris, ipse etiam testis est ueritatis. Nam inuisibilis sacerdos uisibiles creaturas in substantiam corporis & sanguinis sui, uerbo, secreta p̄tate conuertit, ita dicens: Accipite & comedite, hoc est corpus meum. Et sanctificatione repetita: accipite & bibite, ait: hic est sanguis meus. Ergo sicut ad nutū p̄cipientis domini: repente & ex nihilo substiterunt excelsa cœlorū, profunda fluctuū, uasta terrarum: ita pari potestate in spiritualibus sacramentis, ubi p̄cipit uirtus: seruit effectus. Et paucis interiectis ibidē: subiungit circa finē. Et cum reuerendum altare, cibus spiritualibus satiandus ascendis: sac̄ dei tui corpus et sanguinem fide respice, honora, mirare, mente cōtinge, cordis manu suscipe: & maxie totum haustum interioris hoīs assume. ¶ Rursus Leo papa in synodo Ro. idem affirmat (ut in eadem distin. cap. in quibus cōstat) hoc uerborū cōtextu, In illa mystica distributione spiritualis alimōiæ, hoc imp̄titur, hoc sumitur: ut accipientis uirtutem cœlestis cibi, in carnē ipsius q̄ caro n̄ra factus est, transeamus. Idem est cibus refectiois, & cibus sanguinis. Sicut. n. caro Dñi, uere est cibus: ita sanguis, uere est potus. Idem est corpus: unde dictum est. Caro mea, uere est cibus & sanguis meus uere est potus. Circa hoc corpus a gl̄æ sunt: q̄ aliis circumuolant spiritualibus. Unde & idem Christi corpus edimus: ut uitæ æternæ possimus esse participes. ¶ In eadem præterea distin. cap. iteratur, afferuntur hæc uerba Paschalis: ex eius libro de corpore & sangu. Christi. Quia quotidie labimur: quotidie Christus mystice pro nobis imolatur, & passio Christi in mysterio traditur, ut q̄ semel moriendo, mortem uicerat: quotidie recidua delictorū, per hæc sacramenta corpo

Matt. 26.

Gene. 1.

Leo papa

Ioan. 6

Paschalis

EVCHARISTIAE. I. 17

is & sanguis, peccata relaxet. Vnde oramus. Di-  
 mitte nobis debita nostra. Quia si dixerimus, quia  
 peccatū nō habemus; nos ipsos seducimus, & ue-  
 ritas in nobis nō est. Hæc ille. Vbi mystice dicit  
 Christū quotidie pro nobis immolari: non quia tūc  
 in figura & signo repræsentetur immolatus sed  
 quia ipse idem, qui in uisibili conspicuaque sui cor-  
 poris forma semel in cruce oblati est: etiā quotidie  
 in sacro immoletur altari, sed sub panis & uini  
 forma, uere suū corpus & sanguinē continente, Et  
 iuxta eundem sensum, in eodem missæ officio, passio  
 Christi in mysterio traditur: quia sub aliena specie  
 sensibili, panis scilicet & uini, ipsa ibidem repræsen-  
 tatur, & fidelium oculis obijcitur. Cū enim prius pa-  
 nis, & deinde uinum separatim consecratur: precio-  
 sus Christi sanguis uini speciebus obiectus, a sa-  
 cro eius corpore sub forma panis subsistente, in  
 cruce effusus fuisse & disseparatus insinuatur. Et  
 ergo istud ineffabile nobis sacramentū dicitur in  
 uerbis sacri calicis consecratorij, mysteriū fidei  
 ut dicit Innocentius tertius in epistolis decretali-  
 bus titulo de celebratione missæ, cap. cū Mar-  
 thæ) quia aliud ibi creditur quæ cernatur: & aliud  
 cernitur quæ credatur. Cernitur species panis & ui-  
 ni: & creditur ueritas carnis & sanguinis. Quæ quæ  
 de Innocentij uerba: ualide etiā confirmant propo-  
 sitā fidei catholicæ de eucharistia ueritatē. ¶ In su-  
 p. In eodem uoluminis decretorij loco: utpote de con-  
 secreta. distinctio. secund, cap. corpus Christi. ad-  
 ducuntur uerba Hilarij papæ: in eandem tenden-  
 tia sententiam, hoc modo. Corpus Christi quæ sumi-  
 tur de altari: figura est. cū panis & uinum uidetur  
 extra. ueritas autem: dum corpus & sanguis Chri-  
 sti in ueritate creditur. interius, Vbi nō est corporis

Matth. 6.  
1. Ioan. 1

Innocentius  
tertius.

Hilarius,  
papa.

E 5

## DE SACRAMENTO

Christi quod sumitur de altari: intelligit praedictus au-  
thor sacramentum corporis Christi, quod percipitur ex  
ipsa altaris comunione, in quo nimirum: & figura  
est, & ueritas. Figura quidem attendendo exte-  
res panis & uini species, quae representant sacrum  
Christi corpus & sanguinem, sub illis uero conten-  
tum. Veritas uero: considerando ipsam corporis &  
sanguinis dominici substantiam, sub uisibilibus il-  
lis speciebus ueraciter praesentem. ¶ Rursus. In ea-  
dem dist. ca. necessario. ex Ephesina synodo depro-  
mitur decretum: eandem etiam consolidans uerita-  
tem. quod desumptum traditur ex epistola Cyril-  
li Alexandrini: nomine illius concilii Ephesini, ad  
Nestorium (qui in eo fuit denique damnatus) conscri-  
pta. Est autem illius decreti: contextus huiusmodi. Ne-  
cessario igitur & hoc adijcimus. In cruentam cele-  
bramus in ecclesijs sacrificij seruitute: & sanctifi-  
camur participes corporis & preciosi sanguinis  
Christi. Non ut communem carnem percipientes: nec ui-  
ri sanctificati & uerbo coniuncti secundum dignita-  
tis unitatem. sed uere uiuificantem: & ipsius uerbi  
propriam factam. Haec ibi. Quae sane uerba, & ca-  
tholicam quae astruimus corroborant assertionem: &  
impium Nestorij dogma prorsus euertunt. Docuit  
enim Nestorius & sensit Christum, solum homi-  
nem fuisse, non etiam deum. & solam in eo fuisse  
naturam humanam: non unitam diuinitati. Verum  
propter exuberantiam gratiae & sanctitatis, ipsum  
ad hanc fuisse dignitatem a deo euectum: ut par-  
ticipatione quadam (non natura: nec naturali ori-  
gine) deus & dei filius in scriptura dicatur. Quae  
execrabilem impietatem acriter elidunt praedicta syno-  
di uerba: quae asseuerant nos in sancto eucharistiae  
sacramento percipere uerum Christi corpus, non ut co-

Cyrillus.  
Alexandri-  
nus.

Decretum  
concilij

Nestorij  
impium do-  
gma.

munē & solius hominis carnē: ut est aliorū homi-  
 nū caro. neq; ut carnē uiri diuina gr̃a sanctificatī  
 ut fuerūt sancti prophetæ & apostoli. neq; ut car-  
 nē hominis, p̃ unionē gratiæ & amoris: uerbo, dei  
 q; filio cōiuncti. quemadmodū uiri sancti: unum  
 cū deo fieri, in scriptura dicuntur. Sed precipimus  
 in eucharistia (inquit prædictū decretū) carnem  
 uere uiuificantē: propter unitā cū ea deitate, quæ  
 est fōs uitæ. Vnde & seipsum recte appellauit do-  
 minus panem uitæ: & panē uiuū q̃ de cœlo descen-  
 dit, & dat uitā mūdo. Eandē quoq; sumimus car-  
 nē: ut ipsius uerbi propriā factā, qm̃ in ipso san-  
 ctæ incarnationis articulo: a uerbo, deiq; filio est  
 assumpta, eidemq; hypostatice & in unā eandem  
 que personā unita, a quo accipit ipsa: illā uim ui-  
 uificā. Nullius em̃ puri hominis caro: efficiā il-  
 lam animarum uiuificatricem, secundum legem  
 a deo ordinatam, obtinere potest. Ex his itaq; sa-  
 cro sanctæ synodi uerbis supra citatis, perspicue  
 liquet: fideles in diuina eucharistia ueram Christi  
 carnem sumere, non nudam q̃dem sed uerbo con-  
 iunctam. ut nō hominis tm̃: sed dei & hominis sit  
 caro. Et p̃ eadē uerba: non minus Oecolampadij  
 q̃ Nestorij detestabilem impietatem penitus de-  
 strui: etiam liq̃do cōstat. ¶ Deniq; in eodem uolu-  
 minis decretorū loco: ut puta de consecra. distinc.  
 secunda, cap. in Christo. adducuntur uerba beati  
 Hilarij ex octauo libro de trinitate: eandem confir-  
 mantia fidei ueritatem, hoc modo. Si uere carnem  
 corporis nostri Christus assumpsit: & uere homo  
 ille Christus est, nosque uere sub mysterio car-  
 nem corporis sui sumimus. & per hoc, unū eri-  
 mus: q̃a pater in illo est, & ille in nobis. Et paulo  
 post: in eodē capite, Ipse Christus ait, Caro mea ue-

Ioan. 17.

Ioan. 6.

7  
 Hilarius:  
 Pictauen-  
 sis episco-  
 pus.

Ioan. 17.

Ioan. 6.

## DE SACRAMENTO

re est esca: & sanguis meus uere est potus. Qui edit carnem meam & bibit sanguinem meum: in me manet & ego in eo. de ueritate carnis & sanguinis: non relictus est ambigendi locus: Nunc em̄ & ipsius dñi professione & fide nostra: uere caro est, & uere sanguis est. Et hæc accepta atq; hausta efficiunt: ut & nos in Christo & Christus in nobis sit. Ergo est ipse in nobis: per carnē. Deniq; in fine eiusdē capitis habentur eadē prorsus uerba quæ paulo ante in præsentī capite, ex cap. corpus Christi. de consecra. distinctione secunda: Hilario papæ sunt attributa. Vnde dilucide constat: illa, beati Hilarij Pictauiensis episcopi: & non alterius cuiuspiã Hilarij (quod tamen ipse titulus prædicti capitis: subinsinuare uidebatur) esse uerba.

¶ Quatuor insuper præcipuorum ecclesiæ doctorum autoritate: confirmari ueritatē corporis & sanguinis domini, in sacrosancta eucharistia. Cap. XII

**E**X eadem quoque distinctione secunda, tituli de consecratione: colligi haud magno negotio possunt testimonia, quæ uocillarum ecclesiæ catholicæ columnarum quibus in sanctarum scripturarum interpretatione solide nititur atq; fulcitur. quatuor scilicet primorum ecclesiasticorum doctorum: quorū in elucidandis sacre fidei mysterijs maxima semper fuit, effectq; debet apud oēs autoritas. Hieronymi inquam: Augustini, Ambrosij & Gregorij: q̄ in suis scriptis unanimi sententia & uerbo (ut ita dixerim) ore: astruunt sacrum Christi corpus & sanguinē, uere & secundum rē ipsā in eucha